

EXCELLENTISSIMO COMITI  
JOHANNI LUCÆ  
PALLAVICINO

S. R. CÆS. M.

MARIÆ THERESIÆ  
ROMM. IMPERATRICIS,

<sup>A C</sup>  
REGINÆ HUNGARIÆ, BOËMIÆ  
&c. &c. &c.

MEDIOLANI DUCIS &c.

A CUBICULO, ET A PENITIORIBUS CONSILIIS,  
MANTUANÆ ARCI,


REIQUE TORMENTARIÆ GENERALI PRÆFECTO,  
LEGIONIS TRIBUNO,

AUSTRIACAM INSUBRIAM CUM PLENÂ REGIÂ POTESTATE  
MODERANTI,

ATQUE PER EAM GENERALI DUCI &c.

GABRIEL COMES VERRUS

PERENNEM FELICITATEM.



Ihi auspiciatissimum fuit horta-  
tu (fallor) jussu Tuo, in quo  
sapientiæ plurimum auctori-  
tatisque semper inest, VIR  
EXCELLENTISSIME, aliqua de  
Jure nostro vel ad hanc usque  
diem abdita, vel non omnibus obvia, certè

à probatis Authoribus, documentisque de-  
cerpta, quum à molestissimis aliquando  
curis animum relaxarem, otii litterarii  
loco non sine festinatione conscripisse, ut  
promptior esset singularis erga Te meæ ob-  
servantiæ gloria, quâ nihil unquam anti-  
quius habendum putavi. Ea qualiacum-  
que sint ad Novas Constitutiones Mediola-  
nensis Domini, quod Tu eximio D. O. M.  
beneficio, communique acclamatione Mu-  
nicipum omnium, universâ pene Italiâ  
plaudente, faustissime moderaris, ad No-  
vas inquam Constitutiones in meliorem  
quàm antea formam, me curante, è ty-  
pographiâ nunc prodeuntes adjungenda  
esse duxi, quòd plurimum affinitatis ha-  
bere cum illis viderentur. Jam non Histo-  
riam Juris nostri, quæ altius repetenda  
erit, sed vix ejus prodromum, dixerim  
melius, adumbrationem profero, ut aliis  
incitamento ea sit ad perficiendum quod  
ego delineavi, quodque ita perfunctorie  
discussi, ut mihi non laboris loco esset,  
sed oblectamenti. Apparatum propterea  
ad hanc præclarissimi, & novi omnino ar-  
gumenti Historiam conscribendam in me-  
dium adduco: Neque terret me rigida  
hujus Seculi censura, quum, Te auspice,

opellam hanc periculosa publici iudicii  
alea committo. Eam Tibi sisto, quæ ad  
Te summo iure pertinet veluti Tuo nutu  
ex tenebris educta; Tuam quoque hoc no-  
mine eam appellarem, si Te indignum ali-  
quid imbecillitas mea emittere potuisset.  
Tu, qui legum sanctimonia, quarum in  
custodiâ quies et salusque publica contine-  
tur, summus es, vindexque; Tu qui eas novis  
alter Lycurgus, ac Soloni constitueres, sa-  
pientissimas, nisi invenisses: Tu qui Ro-  
mânæ Reipublicæ temporabam nos revo-  
care visus es ob admirabilem civilem pru-  
dentiam, quâ res omnes disponis, ob com-  
munem incolumitatem, cui diu noctuque  
operam impendis gloriosissimam, ob pur-  
gatam malis hominibus Provinciam, ob  
adjuta bonarum artium studia, ob pu-  
blicam ubertatem in maximo Annonæ  
discrimine restitutam: Tu qui toties de  
hostibus triumphasti, quoties cum eis ma-  
num contulisti; tanta est enim militaris  
Tua virtus, cuius eximiæ artes admini-  
stræ comitesque sunt, ut belli-ne, an  
paciis studiis magis excellas, nobis poste-  
risque incertum relinquas; Tu, inquam,  
Tu, VIR EXCELLENTISSIME, quòd hæc  
scriberem, probasti. Quis iudicio Tuo non

acquiescet? Patere igitur eam, qua Soles  
benignitate, ut pauca hæc de origine, &  
progressu hodierni Juris nostri Tuo glo-  
riofissimo nomini (quod maximo honori  
mihi vertendum est) inscribam; eaque  
hilari animo pro comitate Tuâ excipere  
ne dedigneris. Interea Superi quamdiu-  
tissime Te incolumem fervent, non quòd  
gloriæ Tuæ quidquam accedere jam pos-  
sit, sed quòd nihil detractum eat nostræ  
felicitati.

Dabam Mediol. Kal. Junii MDCCXLVII.

# TYPOGRAPHUS LECTORI.

ORRUM VARIATIONE OPTIMOU



Ovarum Constitutionum e typis meis recens cum proditura esset editio, id unicum semper præcipuum duxi. multis hinc inde locupletata in vulgus mitte- & majori Civium, maxime eorum, qui For sunt, usui inserviret, & meum publicæ rei omnibus testaretur. Hoc non alia pene ratione eventu me præstiturum putavi, quam si Dissert.

Ortu Progressuque Juris Mediolanensis adnexam tibi sisterem benevole l m maximo studio, summaque felicitate subcisivis horis elucubravit Vi imus Gabriel Verrus Comes, J. C. C., ex LX. Urbis Decurionibus, mmmendatarius S. M. Ordinis S. Stephani, ac Reg. per Austriam Insu- ci Adv., Patriæ hujus nostræ decus & ornamentum. Id autem te in n volo, Candide Lector, quod Dissertatio hæc est, arcta veluti cogna Novis Constitutionibus, Legibusque nostris Municipalibus juncta; ibi en rium nostrorum origo, causæ, progressusque habentur, incredibili pene st o, diligentia, industria ex antiquitatum latibulis, vetustoque MS. eruti, in o penitiores radices, & prima veluti semina Juris Municipalis hodierni con- icimus. Quamobrem, cum innotuerit mihi, Clarissimum Auctorem glorio- simis hujusmodi laboribus, sola Patriam juvandi cupiditate, detineri, con- uo precibus eundem meis adivi, quo is mihi quod elaboraverat prælo tra- ndum concederet, sibi que in posteritatem consuleret; hoc vero ipse, ea qua mmopere pollet comitate, non denegavit: atque his, quæ proferimus, ex ajori Opere, quod Deo dante edendum erit, excerptis, ut typis committe- ntur mihi dedit, dummodo summum Clarissimorum Virorum Josephi Antonii xii Ambrosianæ Bibliothecæ Præfecti, & Horatii Blanci Exercitus in hoc ominio Generalis Auditoris (quorum doctrina, eruditioque universæ pene eipublicæ Litterariæ adeo perspecta est, ut non indigeat commendatione) dicium accederet. Ea ergo ad eosdem detuli, qui continuo meum hac de re onsilium non probarunt modo, sed dignissimam omnino Dissertationem esse nferunt, quæ in publicæ utilitatis augmentum prodiret, conscriptis ea de re l Cl. Auctorem epistolis. Quid gravissimi isti Viri gratulabundi de hoc Opere ntiant ex iisdem epistolis patet; earum enim exemplar conquisi, cudique ic adnexum curavi; liceat verear, ne id molestum accidat Cl. Auctori ab nni laudum genere abhorrenti. Habes, Humanissime Lector, totius editionis tionem, ea interim utere, & vale.